

clxxij tuis Jérusalem.

Jérusalem, quæ edificatur ut civitas: * cuius participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascendérunt, tribus tribus Dómini: * testimónium Israël ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes in iudicio, * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jérusalem: * & abundantia diligéntibus te.

Fiat pax in virtute tua: * & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & próximos meos: * loquēbar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei nostri, * quæsiyi bona tibi.

Psalmus 122.

Ad te levavi oculos meos, * qui hábitas in caelis.

Ecce sicut oculi servórum, * in manibus dominórum sórum.

Sicut oculi ancillæ in manibus dómine suæ: * ita oculi nostri ad Dóminum Deum nostrum, donec miseréatur nostri.

Miserére nostri Dómine, miserére nostri: * quia multum repleti sumus despectióne.

Quia multum repleta est anima nostra: * opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

Psalmus 123.

Nisi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Israël: * nisi quia Dóminus erat in nobis.

Cum exurgerent hómines in nos, * forte vivos deglutissent nos:

Cum iraseretur furor eórum in nos, * forsitan aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransiit anima nostra: * forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.

Benedictus Dóminus, * qui non dedit nos in captiónem dentibus eórum.

Anima nostra sicut passer erépta est: * de láqueo venántium:

Láqueus contritus est, * & nos liberati sumus.

Adjutorium nostrum in nómine Dómini, * qui fecit cælum & terram. Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * luceat eis.

Deinde dicitur flexis genibus,

Pater noster. **Secretó. V.** Et ne nos inducas in tentationem. **R.** Sed libera nos à malo. **V.** A porta inferi.

R. Erue Dómine ánimas eórum. **R.** Requiescant in pace. **R.** Amen.

V. Dómine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat.

V. Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio.

Absolve, quæsumus Dómine, ánimas famulórum famulárumque tuárum, & ómnium fidélium defunctórum, ab omni vinculo delictórum: ut in resurrectionis glória inter sanctos & electos tuos resuscitati respirent. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Post Orationem statim dicitur alii Psalmi Graduales, qui sequuntur: & in fine cujuslibet Psalmi dicitur Glória Patri, & Filio.

Psalmus 124.

Qui confidunt in Dómino, sicut mons Sion: * non commovébitur in ætérnum, qui hábitat in Jérusalem.

Montes in circúitu ejus: * & Dóminus in circúitu pópuli sui, ex hoc nunc & usque in sæculum.

Quia non relinquet Dóminus virgam peccatórum super sortem justórum: * ut non extendant justi ad iniquitatem manus suas.

Benefac Dómine bonis, * & rectis corde.

Declinantes autem in obligatiónes, addúcet Dóminus cum operantibus ini-

iniquitatem: * pax super Israël. Glória Patri, & Filio.

Psalmus 125.

In converténdo Dóminus captivitatem Sion: * facti sumus sicut consolati:

Tunc repletum est gáudio os nostrum: * & lingua nostra exultatióne.

Tunc dicent inter Gentes: * Magnificávit Dóminus facere cum eis.

Magnificávit Dóminus facere nobiscum: * facti sumus lætantes.

Converté Dómine captivitatem nostram, * sicut torrens in Austro.

Qui seminant in lacrymis, * in exultatióne metent.

Eúntes ibant & flebant, * mitténtes semina sua.

Veniéntes autem venient cum exultatióne, * portántes manipulos suos. Glória Patri, & Filio.

Psalmus 126.

Nisi domus edificáverit domum, * in vanum laboráverunt qui edificant eam.

Nisi Dóminus custodierit civitatem, * frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: * surgite postquam sederitis, qui manducatis panem dolóris.

Cum dederit dilectis suis somnum: * ecce heréditas Dómini, filii: merces, fructus ventris.

Sicut sagitte in manu poténtis: * ita filii excussórum.

Beátus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis: * non confundétur cum loquétur inimicis suis in porta. Glória Patri, & Filio.

Psalmus 127.

Beatí omnes, qui timent Dóminum, * qui ambulat in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis: * beátus es, & benedicti erit.

Pars Hyemalis.

Uxor tua sicut vitis abundans, * in lateribus domus tue.

Filii tui sicut novellæ olivárum, * in circúitu mensæ tue.

Ecce sicut benedicétur homo, * qui timet Dóminum.

Benedicat tibi Dóminus ex Sion: * & videas bona Jerusalem ómnibus diébus vitæ tue.

Et videas filios filiórum tuórum, * pacem super Israël.

Glória Patri, & Filio.

Psalmus 128.

Sapè expugnáverunt me à juventute mea, * dicat nunc Israël.

Sapè expugnáverunt me à juventute mea: * etenim non potuerunt mihi.

Supra dorsum meum fabricáverunt peccatóres: * prolongáverunt iniquitatem suam.

Dóminus justus concédit cervices peccatórum, * confundántur & convertántur retrórsium omnes, qui odérunt Sion.

Plant sicut fenem tectórum: * quod priusquam evellátur, exáruit.

De quo non impletit manum suam qui metit: * & sinum suum qui manipulos colligit.

Et non dixerunt qui præteribant: Benedictio Dómini super vos: * benediximus vobis in nómine Dómini.

Glória Patri, & Filio.

Postea dicitur flexis genibus,

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. **Secretó. V.** Et ne nos inducas in tentationem. **R.** Sed libera nos à malo.

V. Meménto congregatiónis tue. **R.** Quam possedisti ab initio.

V. Dómine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat.

V. Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Deus, cui próprium est miseréri semper & parcere, sus-

Qqq ci-

cipe deprecationem nostram: ut nos & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tue pietatis clementer absolvat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

R. Post Orationem scilicet dicuntur alii Psalmi Graduales, qui sequuntur, & in fine cuiuslibet Psalmi dicitur Gloria Patri, & Filio.

Psalmus 129.

DE profundis clamavi ad te Domine: * Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tue intendentes, * in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris Domine, * Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: * & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius: * speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem, * speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: * & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel, * ex omnibus iniquitatibus eius.

Gloria Patri, & Filio.

Psalmus 130.

Domine non est exaltatum cor meum: * neque elati sunt oculi mei.

Neque ambulavi in magnis, * neque in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam: * sed exaltavi animam meam:

Sicut ablatus es super matrem suam, * ita retributio in anima mea.

Speret Israel in Domino, * ex hoc nunc & usque in saeculum.

Gloria Patri, & Filio.

Psalmus 131.

Memento Domine David, * & omnis mansuetudinis eius.

Sicut juravit Domino, * votum vovit Deo Jacob:

Si introiero in tabernaculum domus meae, * si ascendero in lectum strati mei:

Si dedero somnum oculis meis, * & palpebris meis dormitationem,

Et requiem temporibus meis: donec inveniam locum Domino, * tabernaculum Dei Jacob.

Ecce audivimus eam in Ephrata: * invenimus eam in campis sylvae.

Introibimus in tabernaculum eius: * adorabimus in loco, ubi steterunt pedes eius.

Surge Domine in requiem tuam, * tu & arca sanctificationis tuae.

Sacerdotes tui induantur iustitiam: * & sancti tui exultent.

Propter David servum tuum, * non avertas faciem Christi tui.

Juravit Dominus David veritatem, * & non frustrabitur eam: * de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filii tui testamentum meum, * & testimonia mea haec, quae docebo eos:

Et filii eorum usque in saeculum, * sedebunt super sedem tuam.

Quoniam elegit Dominus Sion: * elegit eam in habitationem sibi.

Haec requies mea in saeculum saeculi: * hic habitabo, quoniam elegi eam.

Viduum eius benedicens benedictam: * pauperes eius saturabo panibus.

Sacerdotes eius induam salutari: * & sancti eius exultatione exultabunt.

Illuc producam cornu David, * paravi lucernam Christo meo.

Inimicos eius induam confusionem: * super ipsum autem efflorescit sanctificatio mea.

Gloria Patri, & Filio.

Psalmus 132.

Ecce quam bonum, & quam jucundum * habitare fratres in unum:

Sicut unguentum in capite, * quod des-

descendit in barbam, barbam Aaron.

Quod descendit in oram vestimenti eius: * sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.

Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem, * & vitam usque in saeculum.

Gloria Patri, & Filio.

Psalmus 133.

Ecce nunc benedicite Dominum, * omnes servi Domini:

Qui statis in domo Domini, * in atriis domus Dei nostri.

In noctibus extollite manus vestras in sancta, * & benedicite Dominum.

Benedicat te Dominus ex Sion, * qui fecit caelum & terram.

Gloria Patri, & Filio.

Deinde dicitur flexis genibus Kyrie eleison. Christe eleison.

Kyrie eleison. Pater noster. Secretum. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo.

Salvos fac servos tuos. Deus meus sperantes in te. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominum vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Oramus. Oratio.

Patentem Domine famulis & famulabus tuis dexteram coelestis auxilii: ut te toto corde perquirant, & quae dignè postulant, consequi mereantur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

SEPTEM PSALMI Penitentiales cum Litanis.

Dicuntur flexis genibus in omnibus sextis Feriis Quadragesimae, quando Officium fit de Feria. Litaniae autem, omissis septem Psalmis, dicuntur in Litanis majoribus, in festo S. Marci, & in tribus diebus Rogationum. Dicuntur autem in Quadragesima in Choro post Matutinum & Laudes diei, dicto Benedicamus Domino. Extra Chorum pro opportunitate temporis.

Antiphona. Ne reminiscaris.

Psalmus 6.

Domine, ne in furore tuo arguas me, * neque in ira tua corripas me.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: * sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: * sed tu Domine usquequo?

Convertere Domine, & eripe animam meam: * salvum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: * in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: * lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus: * inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedit a me omnes qui operamini iniquitatem: * quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam, * Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant & conturbentur venementer omnes inimici mei: * convertantur & erubescant valde velociter.

Gloria Patri, & Filio.

Psalmus 31.

Beati, quorum remissa sunt iniquitates: * & quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum, * nec est in spiritu eius dolus.

Quoniam tacevi, inveteraverunt ossa mea, * dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua: * conversus sum in aerumna mea, dum configitur spina.

Delictum meum cognovit tibi feci: *

Qqq 2

ci : * & injustitiam meam non abscondi.

Dixi : Confitebor adversum me injustitiam meam Dômino : * & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus, * in tempore opportuno.

Verumtamen in diluvio aquarum multarum, * ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me : * exultatio mea erue me à circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris : * firmabo super te oculos meos.

Non sit fieri sicut equus & mulus, * quibus non est intellectus.

In camo & fræno maxillas eorum constringe, * qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris, * sperantem autem in Dômino misericordia circumdabit.

Lætâmini in Dômino & exultate justi : * & gloriamini omnes recti corde.

Glória Patri, & Filio.

Psalmus 37.

Domine ne in furore tuo arguas me, * neque in ira tua corripas me.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi : * & confirmasti super me manum tuam.

Non est sánitas in carne mea à facie iræ tuæ : * non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum : * & sicut onus grave gravatæ sunt super me.

Putruerunt & corripitæ sunt cicatrices meæ, * à facie insipientiæ meæ.

Miser factus sum, & curvatus sum usque in finem : * totâ die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei implèti sunt

illusiônibus : * & non est sánitas in carne mea.

Afflictus sum, & humiliatus sum nimis : * rugiebam à gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne desiderium meum : * & gemitus meus à te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea : * & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.

Amici mei, & proximi mei * adversum me appropinquaverunt, & steterunt.

Et qui juxta me erant de longè steterunt, * & vim faciebant qui quaerebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates : * & dolos totâ die meditabantur.

Ego autem tanquam surdus non audiebam : * & sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens : * & non habens in ore suo redargutiões.

Quoniam in te Dômine speravi : * tu exaudies me Dômine Deus meus.

Quia dixi : Nequando supergrediant mihi inimici mei : * & dum commoverunt pedes mei, super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum : * & dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo : * & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, & confirmati sunt super me : * & multiplicati sunt qui oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahébant mihi : * quoniam sequébar bonitatem.

Ne derelinquas me Dômine Deus meus : * ne discesseris à me.

Intende in adjutorium meum, * Dômine Deus salutis meæ.

GLI-

Glória Patri, & Filio.

Psalmus 50.

Miserere mei Deus, * secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea : * & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco : * & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci : * ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum : * & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti : * incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor : * lavabis me, & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiám : * & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis : * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : * & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projecias me à facie tua : * & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiám salutis tuæ : * & spiritu principali confirma me.

Docébo iniquos vias tuas : * & impii ad te convertentur.

Liberá me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ : * & exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Dômine labia mea aperies : * & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique : * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus : * cor contritum & humi-

liatum Deus non despicies.

Benignè sic Dômine in bona voluntate tua Sion : * ut adificentur muri Jerusaleb.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta : * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Glória Patri, & Filio.

Psalmus 102.

Domine exaudi orationem meam : * & clamor meus ad te veniat.

Non avertas faciem tuam à me : * in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacumque die invocávero te, * velociter exaudi me :

Quia defecerunt sicut fumus dies mei : * & ossa mea sicut crémium aruerunt.

Percussus sum ut fœnum, & aruit cor meum : * quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei * adhesit os meum carni meæ.

Similis factus sum pellicano solitudinis : * factus sum sicut nycticorax in domicilio.

Vigilavi, * & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Totâ die exprobrabant mihi inimici mei : * & qui laudabant me, adversum me jurabant.

Quia cinerem tanquam panem manducabam, * & potum meum cum fletu miscébam.

A facie iræ & indignationis tuæ : * quia elevans allisisti me.

Dies mei sicut umbra declinaverunt : * & ego sicut fœnum arui.

Tu autem Dômine in ætérnum permanes : * & memoriale tuum in generatione & generatione.

Tu exurgens miseréberis Sion : * quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt servis tuis

Q99 3

la-

Omnes sanctæ Virgines & Viduæ,
 Orate pro nobis
 Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Inter-
 cedite pro nobis.
 Propitius esto. Parce nobis Dómine.
 Propitius esto, Exaudi nos Dómine.
 Ab omni malo, Libera nos Dómine.
 Ab omni peccato, libera.
 Ab ira tua, libera.
 A subitanea & improvisa morte,
 libera nos Dómine.
 Ab insidiis diaboli, libera.
 Ab ira, & odio, & omni mala vol-
 untate, libera.
 A spiritu fornicationis, libera.
 A fulgure & tempestate, libera.
 A morte perpetua, libera.
 Per mysterium sanctæ Incarnationis
 tuæ, libera.
 Per adventum tuum, libera.
 Per nativitatem tuam, libera.
 Per baptismum, & sanctum jeju-
 nium tuum, libera.
 Per crucem & passionem tuam,
 libera nos Dómine.
 Per mortem & sepulturam tuam,
 libera nos Dómine.
 Per sanctam resurrectionem tuam,
 libera nos Dómine.
 Per admirabilem ascensionem tuam,
 libera nos Dómine.
 Per adventum Spiritus sancti Pará-
 cliti, libera.
 In die iudicii, libera.
 Peccatores, Te rogámus audi nos.
 Ut nobis parceas, te rogámus.
 Ut nobis indulgeas, te rogámus.
 Ut ad veram poenitentiam nos per-
 ducere digneris, te rogámus.
 Ut Ecclesiam tuam sanctam regere
 & conservare digneris, te rogá-
 mus audi nos.
 Ut dominum Apostolicum & om-
 nes Ecclesiásticos ordines in sancta
 religione conservare digneris,
 te rogámus audi nos.
 Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humi-
 liare digneris, te rogámus.

Ut Régibus & Principibus Chris-
 tianis pacem & veram concór-
 diam donare digneris, te rogá-
 mus audi nos.
 Ut cuncto pópulo Christiano pacem
 & unitatem largiri digneris,
 te rogámus audi nos.
 Ut nosmetipsos in tuo sancto ser-
 vicio confortare & conservare
 digneris, te rogámus.
 Ut mentes nostras ad cœlestia desi-
 deria erigas, te rogámus.
 Ut omnibus benefactoribus nostris
 sempiterna bono retribuas, te ro-
 gámus audi nos.
 Ut animas nostras, fratrum, propi-
 quorum, & benefactorum nostró-
 rum ab aeterna damnatione eri-
 pias, te rogámus audi nos.
 Ut fructus terræ dare & conservare
 digneris, te rogámus.
 Ut omnibus fidelibus defunctis ré-
 quem aeternam donare digneris,
 te rogámus audi nos.
 Ut nos exaudire digneris, te rogá-
 mus audi nos.
 Fili Dei, te rogámus audi nos.
 Agnus Dei, qui tollis peccata mun-
 di, Parce nobis Dómine.
 Agnus Dei, qui tollis peccata mun-
 di, Exaudi nos Dómine.
 Agnus Dei, qui tollis peccata mun-
 di, Miserere nobis.
 Christe audi nos. Christe exaudi
 nos. Kyrie eléison. Christe eléi-
 son. Kyrie eléison. Pater noster.
Secretó *V.* Et ne nos inducas in
 tentationem. *R.* Sed libera nos á
 malo.

Psalms 69.

DEus in adiutorium meum in-
 tendé: * Dómine ad adju-
 vandum me festina.
 Confundántur, & reverentúntur, *
 qui quærunt animam meam:
 Avertántur retrórsim, & erubés-
 cant, * qui volunt mihi mala:
 Avertántur statim erubescéntes, *
 qui

qui dicunt mihi: Euge, euge.
 Exultent & læténtur in te omnes
 qui quærunt te, * & dicant semper:
 Magnificétur Dóminus, qui diligit
 salutare tuum.
 Ego veró egénus & pauper sum: *
 Deus adjuva me.
 Adjutor meus, & liberátor meus
 es tu: * Dómine ne moreris.
 Glória Patri. Sicut erat.
V. Salvos fac servos tuos. *R.* Deus
 meus sperántes in te. *V.* Esto nobis
 Dómine turris fortitudinis. *R.* A fá-
 cie inimici. *V.* Nihil proficiat in-
 imicus in nobis. *R.* Et filius iniqui-
 tatis non apponat nocere nobis.
V. Dómine non secundum peccata
 nostra facias nobis. *R.* Neque se-
 cundum iniquitates nostras retribuas
 nobis. *V.* Orémus pro Pontífice
 nostro. *N. R.* Dóminus conservet
 eum, & vivificet eum, & beatum
 faciat eum in terra, & non tradat
 eum in animam inimicórum ejus.
V. Orémus pro benefactoribus nos-
 tris. *R.* Retribuere dignare Dómi-
 ne omnibus nobis bona facientibus
 propter nomen tuum vitam aeternam.
 Amen. *V.* Orémus pro fidelibus de-
 functis. *R.* Requiem aeternam do-
 na eis Dómine, & lux perpé-
 tua luceat eis. *V.* Requiescant in
 pace. *R.* Amen. *V.* Pro fratribus
 nostris abséntibus. *R.* Salvos fac
 servos tuos, Deus meus sperántes
 in te. *V.* Mitte eis Dómine auxi-
 lium de sancto. *R.* Et de Sion
 tuere eos. *V.* Dómine exaudi ora-
 tionem meam. *R.* Et clamor meus
 ad te veniat. *V.* Dóminus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.
 Orémus. *Oratio.*

DEus, cui proprium est misereri
 semper, & parcere: nuncipe
 deprecationem nostram; ut nos, &
 omnes famulos tuos, quos delictó-
 rum catena constringit, miseratio
 tuæ pietatis cleménter absolvat.

EXaudi, quæsumus Dómine,
 supplicium preces, & confitén-
 tium tibi parce peccatis: ut pariter
 nobis indulgentiam tribuas benignus
 & pacem.
Ineffabilem nobis, Dómine, mi-
 sericórdiam tuam cleménter os-
 tendé: ut simul nos & á peccatis om-
 nibus exuas; & á poenis, quas pro
 his meremur, eripias.
DEus, qui culpá offénderis,
 poenitentia placáris: preces
 pópuli tui supplicantis propitiis
 respice, & flagella tuæ iracundia,
 quæ pro peccatis nostris meremur,
 avérte.
Omnipotens sempitérne Deus,
 miserere famulo tuo Pontí-
 fici nostro *N.* & dirige eum se-
 cundum tuam cleméntiam in viam
 salutis aeternæ; ut te donante tibi
 placita cupiat, & tota virtute per-
 ficiat.
DEus, á quo sancta desideria,
 recta consilia, & iusta sunt
 ópera: da servis tuis illam, quam
 mundus dare non potest, pacem;
 ut & corda nostra mandatis tuis
 dedita, & hostium sublátá formi-
 dine, témpora sint tuá protectióne
 tranquilla.
URe igne sancti Spiritus renes
 nostros, & cor nostrum, Dó-
 mine: ut tibi casto corpore serviámus,
 & mundo corde placeámus.
Fidélium Deus ómnium Cón-
 ditor & Redemptor, animabus
 famulórum familiarumque tuárum
 remissionem cunctórum tribue pec-
 catorum: ut indulgentiam, quam
 semper optaverunt, piis supplica-
 tionibus consequantur.
Actiões nostras, quæsumus
 Dómine, aspirando preveni,
 & adjuvando prosequere: ut
 cuncta nostra oratio, & operatio
 ite semper incipiat, & per te cepta
 finiatur.

Omnipotens sempiternè Deus, qui vivorum dominaris simul & mortuorum, omniumque miseris, quos tuos fide & opere futuros esse prænoſcis: te supplices exoramus; ut pro quibus effundere precens decrevimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exitus corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clemèntiâ, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dòminum nostrum.

V. Dòminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **V.** Exaudi nos omnipotens & misericors Dòminus. **R.** Amen. **V.** Et fidèlium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. **R.** Amen.

Ordo Commendationis animæ.
Primum dicuntur Litaniæ breves in hunc modum.

Kyrìe elèison. Christe elèison. Kyrìe elèison.
Sancta Mària, Ora pro eo.
Omnes sancti Angeli & Archàngeli, Orate pro eo.
Sancte Abel, Ora.
Omnis chorus justorum, ora.
Sancte Abraham, ora.
Sancte Joannes Baptista, ora.
Sancte Joseph, ora.
Omnes sancti Patriarchæ & Prophætæ, Orate.
Sancte Petre, Ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Joannes, ora.
Omnes sancti Apòstoli & Evangelistæ, Orate.
Omnes sancti Discipuli Dòmini, orate pro eo.
Omnes sancti Innocèntes, orate.
Sancte Srèphane, Ora.
Sancte Laurènti, ora.
Omnes sancti Màrtyres, Orate.
Sancte Sylvèster, ora.

Sancte Gregòri, ora.
Sancte Augustine, ora.
Omnes sancti Pontifices & Confessores, Orate.
Sancte Benedicte, Ora.
Sancte Francisce, ora.
Omnes sancti Mònachi & Eremitæ, Orate.
Sancta Maria Magdalèna, Ora.
Sancta Lúcia, Ora.
Omnes sanctæ Virgines & Viduæ, Orate pro eo.

Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Intercédite pro eo.

Propitius esto, Parce ei Dòmine. Propitius esto, Libera eum Dòmine. Propitius esto, libera. Ab ira tua, libera. A periculo mortis, libera. A mala morte, libera. A penis infèrni, libera. Ab omni malo, libera. A potestate diaboli, libera. Per nativitatem tuam, libera. Per crucem & passionem tuam, libera eum Dòmine.

Per mortem & sepulturam tuam, libera eum Dòmine.

Per gloriòsam resurrectionem tuam, libera eum Dòmine. Per admirabilem ascensionem tuam, libera eum Dòmine. Per gratiam Spiritus sancti Paracliti, libera eum Dòmine.

In die iudicii, libera. Peccatores, Te rogamus audi nos. Ut ei parcas, te rogamus. Kyrìe elèison. Christe elèison. Kyrìe elèison.

Deinde cum in agone sui exitus anima anxiatu, dicantur sequentes Orationes.

Oratio.

Proficiscere anima Christiána de hoc mundo, in nòmine Dei Patris omnipotentis, qui te creavit: in nòmine Jesu Christi Filii Dei vivi, qui pro te passus est: in nòmine Spi-

ri-

ritus sancti, qui in te effusus est: in nòmine Angelorum & Archangelorum: in nòmine Thronòrum & Dominatiónum: in nòmine Principatum & Potestatum: in nòmine Cherubim & Séraphim: in nòmine Patriarcharum & Prophetarum: in nòmine sanctorum Apòstolorum & Evangelistarum: in nòmine sanctorum Màrtyrum & Confessorum: in nòmine sanctorum Monachorum & Eremitarum: in nòmine sanctorum Virginum, & omnium Sanctorum & Sanctarum Dei: hodiè sit in pace locus tuus, & habitatio tua in sancta Sion. Per eundem Christum Dòminum nostrum. **R.** Amen.

Oratio.

Deus misericors, Deus clemens, Deus, qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccatum poenitentium deles, & præteritòrum criminum culpas veniâ remissionis evâcuas: respice propitius super hunc famulum tuum **N.** & remissionem omnium peccatorum suorum totâ cordis confessione poscentem deprecatus exaudi. Renova in eo, piissime Pater, quicquid terrenâ fragilitate corruptum, vel quicquid diabólica fraude violatum est: & unitati corporis Ecclesiæ membrum redemptionis annecte. Miserere Dòmine gemituum, miserere lacrymarum ejus: & non habentem fiduciam, nisi in tua misericordia, ad tuæ sacramentum reconciliationis admitte. Per Christum Dòminum nostrum. **R.** Amen.

Commèndo te omnipotenti Deo, charissime frater, & ei, cujus es creatura, committo: ut, cum humanitatis debitum morte interveniente persolveris, ad auctorem tuum, qui de te limo terræ formaverat, revertaris. Egrediènti itaque animæ tuæ de corpore splendèdus Angelorum cœtus occurrat: iudex

Apòstolorum tibi senatus adveniat: candidatorum tibi Màrtyrum triumphator exercitus obviet: Illiata rutilantium te Confessorum turma circumdet: jubilantium te Virginum chorus excipiat: & beatæ quietis in sinu Patriarcharum tecomplexus astringat: mitis atque festivus Christus Jesu tibi aspectus appareat, qui te inter assistentes sibi ingiter interesse decernat. Ignores omne quod horret in tenebris, quod stridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus sathanus cum satellitibus suis: in adventu tuo te comitantibus Angelis contremiscat, atque in æternâ noctis chaos immane diffugiat. Exurgat Deus, & dissipentur inimici ejus: & fugiant, qui odèrunt eum, à facie ejus. Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei: & justi epulèntur, & exultent in conspectu Dei. Confundantur igitur & erubescant omnes tartaræ legiones, & ministri satanæ iter tuum impedire non audeant. Liberet te à cruciatu Christus, qui pro te crucifixus est. Liberet te ab æternâ morte Christus, qui pro te morti dignatus est. Constituat te Christus Filius Dei vivi intra paradisi sui semper amœna virèntia, & inter oves suas te verus Ille Pastor agnoscat. Ille ab omnibus peccatis tuis te absolvat, atque ad dexteram suam in electorum suorum te sorte constituat. Redemptorem tuum facie ad faciem videas, & præsens semper assistens, manifestissimum beatis oculis aspicias veritatem. Constitutus igitur inter ágmina Beatorum, contemplanis divina dulcedine potiaris in sæcula sæculorum. **R.** Amen. **Oratio.**

Suscipe Dòmine servum tuum in locum sperandæ sibi salvationis à misericordia tua. **R.** Amen.

Li-

Libera Dómine ánimam servi tui, ex ómnibus periculis inférni, & de laqueis ponarum, & ex ómnibus tribulatióibus. **R.** Amen.

Libera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Henoch & Ellam de communi morte mundi. **R.** Amen.

Libera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Noe de diluvió. **R.** Amen.

Libera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Abraham de Ur Chaldeórum. **R.** Amen.

Libera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Job de passióibus suis. **R.** Amen.

Libera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Isaac de hostia, & de manu patris sui Abrahæ. **R.** Amen.

Libera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Lot de Sodomis, & flamma ignis. **R.** Amen.

Libera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Móysen de manu Pharaónis regis Ægyptiórum. **R.** Amen.

Libera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Daniélem de lacu leónum. **R.** Amen.

Libera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti tres púeros de camino ignis ardéntis, & de manu regis iniqui. **R.** Amen.

Libera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Susannam de falso crimine. **R.** Amen.

Libera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti David de manu regis Saül, & de manu Goliæ. **R.** Amen.

Libera Dómine ánimam servi tui, sicut liberásti Petrum & Paulum de carcéribus. **R.** Amen.

Et sicut beatissimam Theclam Virginem & Martyrem tuam de tribus atrocissimis tormentis liberásti, sic liberáre digneris ánimam hujus servi tui, & tecum facias in bonis congaudere cœlestibus. **R.** Amen.

Oratio.

Commendámus tibi Dómine ánimam famuli tui **N.** precamúrque te Dómine Jesu Christe Salvátor mundi, ut propter quam ad terram misericórditer descendisti, Patriarchárum tuórum sinibus insinuáre non rénuas. Agnósce Dómine creaturam tuam, non á diis aliénis creatam, sed á te solo Deo vivo & vero: quia non est alius Deus præter te, & non est secundum ópera tua. Lætifica Dómine ánimam ejus in conspéctu tuo, & ne memineris iniquitátum ejus antiquárum, & ebrietátum, quas suscitávit furor sive fervor mali desiderii. Licet enim peccáverit, tamen Patrem, & Filium, & Spíritum sanctum non negávit, sed credidit, & zelum Dei in se hábuit, & Deum, qui fecit ómnia, fidéliter adorávit.

Oratio.

Delicta juvenitúis, & ignorantias ejus, quæsumus, ne memineris Dómine: sed secundum magnam misericórdiam tuam memor esto illius in glória claritátis tuæ. Aperiantur ei cœli, collectentur illi Angeli. In regnum tuum Dómine servum tuum suscipe. Suscipiat eum Sanctus Michaél Archángelus Dei, qui militiæ cœlestis meruit principatum. Veniant illi óbviam sancti Angeli Dei, & perdúcant eum in civitátem cœlestem Jerusalem. Suscipiat eum beátus Petrus Apóstolus, cui á Deo claves regni cœlestis traditæ sunt. Aduvet eum Sanctus Paulus Apóstolus, qui dignus fuit esse vas electiós. Intercédât pro eo Sanctus Joánes electus Dei Apóstolus, cui revelata sunt secretá cœlestia. Orent pro eo omnes sancti Apóstoli, quibus á Dómino data est potestas ligandi atque solvendi. Intercédant pro eo omnes sancti & electi Dei, qui pro

Chris

Christi nómine tormenta in hoc sæculo sustinuerunt: ut vinculis carnis exútus, pervenire mereátur ad glóriam regni cœlestis, præstante Dómino nostro Jesu Christo: Qui cum Patre & Spíritu sancto vivit & regnat in sæcula sæculórum. **R.** Amen.

Si anxiatúr adhuc anima, dicitur hi Psalmi, videlicet Confitemini Dómino quóniam bonus, 18. & totus Psalmus Beati immaculati per Horas distributus. 20.

Egressa autem anima, dicitur hoc **R.** Subvenite Sancti Dei, occurríte Angeli Dómini: Suscipiéntes ánimam ejus: Offeréntes eam in conspéctu Altíssimi. Suscipiat te Christus qui vocávit te, & in sinum Abrahæ Angeli dedúcant te. Suscipiéntes. Réquiem ætérnam dona ei Dómine: & lux perpétua luceat ei. Offeréntes.

Deinde Kyrie eléison, Christe eléison. Kyrie eléison.

Posteá, Pater noster. **Secretd** Et ne nos inducas in tentationem. **R.** Sed libera nos á malo. **V.** Réquiem ætérnam dona ei Dómine. **R.** Et lux perpétua luceat ei. **V.** A porta inferi. **R.** Erue Dómine ánimam ejus. **V.** Requiescat in pace. **R.** Amen. **V.** Dómine exáudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat. **V.** Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio.

Tibi Dómine commendámus ánimam famuli tui **N.** ut defunctus sæculo, tibi vivat: & que per fragilitatem humanæ conversatióis peccata commisit, tu vénia misericórdissimæ pietátis absterge. Per Christum. **R.** Amen.

BENEDICTIO MENSÆ.

Ante prandium Sacerdos benedicturus mensam incipit Benedicite, & alii repetunt, Benedicite.

Deinde dicit **V.** Oculi ómnium, & alii prosequeuntur, In te sperant, Dómine, & tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tuam manum tuam, & imple omne animal benedictiõe. Glória Patri. Sicut erat. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. **Secretd** Et ne nos inducas in tentatiõem. **R.** Sed libera nos á malo.

Posteá Sacerdos dicit: Orémus.

Benedic Dómine nos, & hæc tua dona, que de tua largitate sumus sumpturi. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Deinde Lector. Jube domne benedicere. Benedicite, Mensæ cœlestis participes faciat nos Rex ætérnæ glóriæ. **R.** Amen.

Post prandium aguntur gratiæ hoc modo. Dicto à Lectore Tu autem Dómine miserere nobis. **R.** Deo grátias. Omnes surgunt.

Sacerdos incipit **V.** Confiteantur tibi Dómine ómnia ópera tua. **R.** Et Sancti tui benedicant tibi. **V.** Glória Patri, & Filio. **R.** Sicut erat.

Posteá Sacerdos absolútè dicit: Agimus tibi grátias omnipotens Deus pro universis beneficiis tuis: qui visis & regnas in sæcula sæculórum. **R.** Amen.

Deinde alternatim dicitur Psalmus Miserere. 47.

Vel Psalmus 116.

Laudate Dóminum omnes Genes; * laudáte eum omnes pupili.

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus: * & veritas Dómini manet in ætérnum.

Glória Patri. Sicut erat. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Sacerdos dicit: Pater noster. **V.** Et ne nos inducas in

ten

rentationem. **R.** Sed libera nos à malo. **V.** Dispèrsit, dedit pauperibus. **R.** Justitia ejus manet in sæculum sæculi. **V.** Benedicam Dòminum in omni tempore. **R.** Semper laus ejus in ore meo. **V.** In Dòmino laudabitur ànima mea. **R.** Auçiant mansueti, & lætèntur. **V.** Magnificatè Dòminum mecum. **R.** Et exaltèmus nomen ejus in idissum. **V.** Sit nomen Dòmini benedictum. **R.** Ex hoc nunc & usque in sæculum.

Deinde sine Orémus.

R. Tribuere dignare Dòmine omnibus nobis bona facièntibus propter nomen tuum, vitam æternam. **R.** Amen.

V. Benedicamus Dòmino. **R.** Deo grátias. **V.** Fidèlium ànimæ per misericórdiam Dei requiescant in pace. **R.** Amen. Pater noster. Secretò.

Quo finito, dicit Sacerdos Deus det nobis suam pacem. **R.** Amen.

Antè cenam Sacerdos benedicturus mensam incipit Benedicite, & alii repetunt Benedicite.

Deinde Sacerdos incipit **V.** & alii proseguuntur.

E. Dent pauperes, & saturabúntur, & laudábunt Dòminum, qui requirit eum: vivent corda eòrum in sæculum sæculi. Glória Patri. Sicut erat. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster. Secretò. Et ne nos. Orémus. Bénedic Dòmine, ut supra in prandio. clxxxv. Jube domne. Benedictio. Ad cenam vitæ æternæ perducát nos Rex æternæ glóriæ. **R.** Amen.

In fine cenæ dicitur **V.** Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserátor Dòminus: escam dedit timèntibus se.

Glória Patri. Sicut erat.

Sacerdos dicit.

B. Enectus Deus in donis suis, & sanctus in omnibus opèribus suis: Qui vivit & regnat in sæcula sæculòrum. **R.** Amen.

Deinde alternatim dicitur Psalmus Laudate Dòminum omnes Gentes, & reliqua ut supra.

Quando semel comeditur, omnia dicantur ut in cena.

Præcicus modus benediciendi mensam, & agendi grátias, servatur omni tempore, præterquam diebus infrascriptis quibus Versiculi & Psalmi tantum variantur.

In Nativitate Dòmini usque ad cenam Vigiliæ Epiphaniæ exclusive, dicitur **V.** Verbum caro factum est, alleluia. Et habitavit in nobis, alleluia. Glória Patri.

In fine dicitur **V.** Notum fecit Dòminus, alleluia. Salutare suum, alleluia. Alia ut supra. Psalm. Cantate, ij. 88. vel Laudate Dòminum omnes. clxxxv. Qui Psalmus semper ad beneplacitum dici potest, etiam in aliis Solemnitatibus.

In Epiphaniæ, & per totam Octavam **V.** Reges Tharsis, & insulæ múnera offerent, alleluia. Reges Arabum & Saba dona addúcent, alleluia. Glória Patri.

In fine dicitur **V.** Omnes de Saba venient, alleluia. Aurum & thus deferèntes, alleluia. Glória Patri. Psalmus Deus judicium tuum. 69.

Feria quinta in Cena Dòmini dicitur absolute, & sine nota **V.** Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem. Deinde Pater noster, totum secretò. Quo dicto, sine pronuntiatione aliqua Sacerdos signo Crucis benedicit mensam, nec dicitur, Jube domne, nec Tu autem.

In fine repetitur **V.** Christus factus est, ut supra. Postea Psalmus Miserere mei Deus. 47. Quo finito

sine **V.** Glória Patri, secretò dicitur Pater noster.

Deinde Sacerdos dicit absolute Orationem.

Oratio.

R. Espice, quæsumus Dòmine, super hanc familiam tuam, pro qua Dòminus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, & crucis subire tormentum.

Et non pronuntiat Quicumque, sed secretò dicitur Pater noster, nec additur Deus det nobis suam pacem.

In Parasceve eodem modo fit ac in Cena Dòmini, sed additur ad **V.** Christus factus est. Mortem autem Crucis.

Sabbato sancto ad benediciendum mensam dicitur Benedicite. **V.** Benedicite. **V.** Vespere autem Sabbati, que lucescit in prima Sabbati, alleluia. Venit Maria Magdalène, & altera Maria, videre sepulchrum, alleluia. Glória Patri. Sicut erat.

In fine repetitur **V.** Vespere autem, ut supra, cum Glória Patri. Sicut erat. Psalmus Laudate Dòminum omnes Gentes, clxxxv. cum Glória Patri. Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Et alia ut supra in prima Benedictio. clxxxv.

In die Pasche, & deinceps usque ad cenam sequentis Sabbati, ad benediciendum mensam dicitur **V.** Hæc dies quam fecit Dòminus, alleluia. Exultèmus, & lætèmur in ea, alleluia. Glória Patri.

In fine repetitur Hæc dies quam fecit, cum Glória Patri. Psalmus Confitemini. 18.

In Ascensione Dòmini, usque ad Vigiliam Pentecostes exclusive, **V.** Ascendit Deus in jubilatione, alleluia, & Dominus in voce tubæ, alleluia. Glória Patri.

In fine dicitur **V.** Ascendens Christus in altum, alleluia. Captivam duxit captivitatem, alleluia. Glória Patri. Psalm. Omnes Gentes plaudite manibus. 55. vel Laudate Dòminum. clxxxv.

In Pentecoste à Vigiliæ eusdem inclusive usque ad cenam sequentis Sabbati exclusive, **V.** Spiritus Dòmini replevit orbem terrarum, alleluia: & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis, alleluia. Glória Patri.

In fine dicitur **V.** Repleti sunt omnes Spiritu sancto, alleluia. Et cœperunt loqui, alleluia. Glória Patri. Psalm. Magnus Dòminus. 55. vel Laudate, ut sup. clxxxv.

ITINERARIUM.

C. Lericus in ipso itineris ingressu, si solus fuerit, dicit que sequuntur in singulari, si cum sociis, in plurali.

Antiphona. In viam pacis.

Canticum Zachariæ.

Lucæ 1. g

B. Enectus Dòminus Deus Israel, * quia visitavit, & fecit redemptionem plebi suis: ut

Et erexit cornu salútis nobis, * in domo David pueri sui. Sicut locutus est per os sanctòrum, * qui à sæculo sunt prophetarum ejus:

Salutem ex inimicis nostris, * & de manu omnium qui oderunt nos:

Ad faciendam misericórdiam cum patribus nostris: * & memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum, * daturum se nobis:

Ut sine timóre, de manu inimicòrum nostròrum liberati, * serviamus illi.

In sanctitate & justitia coram ipso, * omnibus diebus nostris.

Et tu puer, Propheta Altissimi

vocaberis: * præbis enim ante faciem Domini parare vias eius:
Ad dandam scientiam salutis plebi ejus, * in remissionem peccatorum eorum:

Per viscera misericordiae Dei nostri: * in quibus visitavit nos, oriens ex alto:

Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent: * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Gloria Patri, & Filio.

Antiphona. In viam pacis & prosperitatis dirigat nos omnipotens & misericors Dominus: & Angelus Raphael comitetur nobiscum in via, ut cum pace, salute, & gaudio revertamur ad propria. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. **Secreti.** *Ps.* Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo. *Ps.* Salvos fac servos tuos. **R.** Deus meus sperantes in te. *Ps.* Mitte nobis Domine auxilium de sancto. **R.** Et de Sion tuere nos. *Ps.* Esto nobis Domine turris fortitudinis. **RA** facie inimici.

Ps. Nihil proficiat inimicus in nobis. **R.** Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. *Ps.* Benedictus Dominus die quotidie. **R.** Prosperum iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum. *Ps.* Vias tuas Domine demonstra nobis. **R.** Et semitas tuas edoce nos. *Ps.* Utinam dirigantur viæ nostræ. *Ps.* Ad custodiendâ justificationem tuas. *Ps.* Erunt prava in directâ. **R.** Et æpera in vias planas. *Ps.* Angelis suis Deus mandavit de te. **R. Ut custodiant te in omnibus viis tuis. *Ps.* Domine exaudi orationem meam. **R. Et clamor meus ad te veniat. *Ps.* Dominus vobiscum. **R. Et cum spiritu tuo.******

Orémus.

Deus, qui filios Israël per mare médium siccò vestigio ire fecisti, quique tribus Magis iter ad te, stella duce pandisti: tribue nobis quæsumus iter prosperum, tempusque tranquillum: ut, Angelo tuo sancto comite, ad eum quo pergitimus locum, ac demum ad æternæ salutis portum pervenire feliciter valeamus.

Deus, qui Abraham puerum tuum de Ur Chaldæorum eductum, per omnes suæ peregrinationis vias illæsum custodisti: quæsumus, ut nos famulos tuos custodire digneris: esto nobis Domine in prociectu suffragium, in via solatium, in æstu umbraculum, in pluvia & frigore tegumentum, in lassitudine vehiculum, in adversitate presidium, in lubrico bæculus, in naufragio portus: ut te duce, quò tendimus, prospere perveniâmus, & demum incolumes ad propria redeâmus.

Adesto, quæsumus Domine, supplicationibus nostris: & viam famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone: ut inter omnes viæ & vitæ hujus varietates tuo semper protegamur auxilio.

Pæsta, quæsumus omnipotens Deus: ut familia tua per viam salutis incêdat, & beati Joannis Præcursoris hortamenta sectando, ad eum quem prædixit, secunda perveniat, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen.

Ps. Procedâmus in pace.
R. In nomine Domini. Amen.

Oratio.

Deus, qui filios Israël per mare médium siccò vestigio ire fecisti, quique tribus Magis iter ad te, stella duce pandisti: tribue nobis quæsumus iter prosperum, tempusque tranquillum: ut, Angelo tuo sancto comite, ad eum quo pergitimus locum, ac demum ad æternæ salutis portum pervenire feliciter valeamus.

Deus, qui Abraham puerum tuum de Ur Chaldæorum eductum, per omnes suæ peregrinationis vias illæsum custodisti: quæsumus, ut nos famulos tuos custodire digneris: esto nobis Domine in prociectu suffragium, in via solatium, in æstu umbraculum, in pluvia & frigore tegumentum, in lassitudine vehiculum, in adversitate presidium, in lubrico bæculus, in naufragio portus: ut te duce, quò tendimus, prospere perveniâmus, & demum incolumes ad propria redeâmus.

Adesto, quæsumus Domine, supplicationibus nostris: & viam famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone: ut inter omnes viæ & vitæ hujus varietates tuo semper protegamur auxilio.

Pæsta, quæsumus omnipotens Deus: ut familia tua per viam salutis incêdat, & beati Joannis Præcursoris hortamenta sectando, ad eum quem prædixit, secunda perveniat, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen.

Ps. Procedâmus in pace.
R. In nomine Domini. Amen.

TYPOGRAPHUS LECTORI.

Cum subsequencia Officia, à Summis Pontificibus ordinata, Ecclesiam universalem non obligent, utpote in certis quibusdam Regnis & Provinciis, ex indulto eorumdem recitanda; hic in fine, extra aliorum ordinem, pro majori recitantium commoditate, eadem addenda putavi.

Sed pro Hispanorum præcipue commoditate ea, quæ in Hispania generaliter recitantur, in proprio Festorum Hispanorum ponentur juxta Ordinem & Ritum quo celebrantur.

DIE XXIII. JANUARI.

In Festo Desponsationis B. Virginis
Mariæ cum S. Joseph.

Duplex major.

Pro omnibus Provinciis hæreditariis & patrimonialibus Augustissimi Romanorum Imperatori subjectis.

Omnia ut in Proprio Festorum Hispanorum die xxvj. Novembris, præter ea, quæ hic sunt propria.

Ad Vesp. Pro Commemoratione Ss. Vincentii & Anastasii Martyrum, Antiphona. Gaudent in cælis. *Ps.* Exultabunt Sancti. ut in Comuni. lviij.

Oratio. Adesto. 643.

Pro S. Emerentiana Virgine & Martyre. Antiphona. Veni sponsa Christi. *Ps.* Spécie tuâ & pulchritudine tua. **R.** Intènde, prospere procedè, & regna.

Oratio. Indulgèntiam. 644.

In Laudibus fit Commemoratio S. Emerentianæ Virginis & Martyris. Antiphona. Simile est. *Ps.* Dif fusa est.

Oratio. Indulgèntiam. ut supra. 646.

In secundis Vesperis, pro Commemoratione S. Timothei Episcopi & Martyris. Antiphona. Iste Sanctus. *Ps.* Gloria & honore.

Oratio. Infirmitatem. 646.

Pars Hyemalis.

DIE XI. FEBRUARII.

In Festo BB. septem Fundatorum
Ordinis Servorum B. M. V.

Duplex.

Pro Regnis & Provinciis subjectis Dominio Serenissimæ Ducis Austriacæ.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter sequentia.

Capitulum. *Heb.* 13. b.
Fratres, Mementôte Præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum inquitentes exitum conversatiõnis, imitâmini fidem.

Hymnus.

Jam nimis terris facinus per omne
Noxa negabat sine lege aberrans,

Inque peccantes sùperi tonabant
Vindice dextrâ:

Quando lugèndis miserâta fatis
Virgo septenos Præceores corsucos
Sanguine, & claros pietatè multa
Cælitus accit.

Accit afflictiis pòpulis piandis
A tot ærimis, maculis, ruinis;
Accit, & semper sibi servituros
Strènuo amòre.

Veste lûgubri induit, ut dolores
Dêheant ejus, magè dum ferali
In trabe infanda perit cruentè
Diva Propago.

Filios rursus vocitavit omnes,
Ut velut Matrem studiòse amantem

Rrr

Crè